



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Compendivm Qvæstionvm Regvlarivm R. admodum P.
Emanvelis Roderici Lusitani, S. T. Lectoris Prou. S. Iacobi
Reg. Obseru. Ordin. Mino. Diffinitoris**

Rodrigues, Manuel

Lvgdvni, 1621

Ordo sacer.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41743

M.
d so-
mori-
dquid
men-

latra-
ncius
gionis
dera-
quod
hunc
III.

at ex
.cœ-
ome-
andi
oba-
a.4.
ini-
uius
vi-
enos
fibi-
&
irca
sunt
ua-
an-
tutur,

ORIGO ORDINVM. 327
tur, aliæ sunt Moniales , aliæ milie-
tes.art.5.

Ordo militiæ de Auis cœpit an-
no 1147. tempore Alphonsi Hen-
rici primi Regis Lusitaniæ. Eius
professores vovent Regulam Sancti
Benedicti ; fuitque approbatus à
multis Pontificibus.articulo. 6. Vide
plura in fine tom. I.

ORDO SACER.

Vide Abbas.

Priuilegia , quibus Superioribus
Orarium concedebatur , vt suis
subditis literas darent dimissorias ,
& mitterent eos ad quemlibet Epi-
scopum, non sunt reuocata per Concil.
Tridentin. quamvis ordinandi de-
beant , aut per ipsos Superiores
(quorum examen sufficit) aut per
Episcopos diligenter examinari ,
iuxta eiusdem Concil. Decretum sess.
22.de Reform. tom. 1. quæst. 18. art. 6.
& quæst. 24. art. 7. & tom. 3. quæst. 24.
art. 1.

Magnum quidē priuilegium circa
ordinandos fuit aliquando concessū
Patribus Iesuitis; sed reuocatum est
per Sintum V. tom. 1. q. 18. art. 6.

X 4 Non

328 ORIGO ORDINVM.

Non requiritur tanta scientia ad ordinandum Monachum, quanta ad sacerdalem: vnde non obstante *Concil. Trid.* possent Episcopi bonis & literatis Regularibus Ordines conferre, modò sciant legere, & nouerint essentialiter requisita in Sacerdote, cùm præsertim à suis Ordinariis Regularibus idonei iudicentur, quorum testimonio non minus stari debet quàm aliorum Episcoporum, à quibus dantur missoriæ, q. 24. art. 7

Secundum priuilegia possunt adhuc hoc tempore Mendicantes extra tempora statuta ordinari, modò sit dies Dominica, aut semiduplex: nam *Conc. Trid.* dicta priuilegia non reuocat. tom. 3. q. 23. art. 4.

Quamvis plures Ordines eodem die recipere nequeant. art. 5.

Iesuitæ, cùm sint verè Religiosi, non indigent ad suscipiendos Ordines titulo patrimonij, aut beneficij: estò in sæculum remitti possunt. art. 3.

Suspensiones latæ à *Sixto V.* contra malè promotos non seruantes, requisita à *Conc. Trid.* procul dubio

ligant

M.
ia ad
ta ad
e Con-
nis &
con-
noue-
t Sa-
s Or-
iudi-
non
orum
r di-
ad-
s ex-
nodò
plex:
non
odem
iosi,
Or-
ene-
pos-
con-
ntes,
ubio
gant

ORACVLVM.

329
ligant etiam regulares, nisi per pri-
uilegia eximantur, ut de facto in
plerisque exempti sunt. art. 8.

Hæc tamen censura suspensionis
præsumptionem requirit: vnde non
comprehendit bona fide proceden-
tes. art. 11.

Olim poterat quilibet Episcopus
iuxta concessionē Sixti IV. & Leonis
X. in Ecclesiis, & personis Fratrum
Minorum omnes actus Episcopales
exercere absque licentia Ordinarij
loci seu territorij, sed hoc reuocauit
Conc. Trid. tom. 3. q. 24. art. 2.

Prælati Regularium in suis dimis-
soriis, quas suis subditis concedunt,
nequeunt dispensare super intersti-
tiis; sed humiliter dominum Epis-
copum rogare debent; ut id faciat
non expressa tamen causa dispensa-
tionis, quod sanè deberet satis esse
dominis Episcopis. art. 3.

Qui tamen ex nulla causa dispen-
sare possunt, ut duo sacri Ordines
eodem die recipiantur. art. 5.

ORACVLUM.

ORaculum viuæ vocis tantum
valet, quantum Bulla, saltem
X. 5. quæad